

SI EPISCOPORUM JUDICIO ACCUSATORIS PERSONA CULPABILIS INVENTA FUERIT, AN AD ASSERTIONEM PROPRIÆ CAUSÆ DE CETERO SIT ADMITTENDUS.

QUÆSTIO VI.

GRATIAN. SEXTA verò Quæstio eodem septimo capitulo Concilii Carthaginensis III. terminatur, in quo sequitur

I. EX CONCILIO CARTHAGINENSI III. c. 7. [an. 397. in Africa.]

In civili, & proprio duntaxat negotio ad arguendum admittitur, qui in Episcopi accusatione culpabilis invenitur.

ILLud verò placuit, ut cum agere cœperit in Episcoporum judicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen Ecclesiasticas, vel criminales afferere voluerit.

CORR. ROM. a Vel criminales.] Abest hoc à Concilio, & ceteris Collectoribus, sed retentum est ob causam, & repetitur in c. si accusatorum.

PITH. 1 Agere.] V. C. causa agi. 2 Vel criminales.] Delent 2. V. C.

II. ITEM EX CONCILIO CARTHAGINENSI VII. c. 2. prope finem. [an. 419. ibid.]

Propriam causam agere valet, cui accusare non licet.

OMnibus a, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda.

III. ITEM FELIX Papa I. omnibus Episcopis per Gallias provincias constitutis, Epist. 2. [an. 268. Româ in Galliam.]

In accusatione Episcoporum deficiens, civiliter tantum experiri poterit.

SI accusatorum e persone in judicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas afferere, non tamen criminales, vel Ecclesiasticas voluerint.

IV. ITEM HADRIANUS Papa in Capitulis, c. 5. [an. 785. Româ in Galliam.]

De eodem.

QUod si accusatorum persona in judicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas habuerint, non tamen criminales, vel Ecclesiasticas.

CAUSA V.

GRATIAN. IN infamiam justam Episcopi chartula accusationis occulte conficitur: tandem accusator procedit in publicum. Episcopus autem semel literis evocatus, causæ suæ die statuta adesse non valens, per Procuratorem Judicii se præsentavit: absque Synodali audientia damnatur. Demum judicio per appellationem renovato, de accusatoris inimicitia Episcopus conqueritur, tandem in ipsa probatione deficit accusator.

I. Primò quæritur, quâ penâ sit feriendus, qui famosum libellum clanculò scribens, probare negligit, quæ literis mandavit.

II. Secundò, quoties sit vocandus ad causam, antequam sententiam damnationis accipiat.

III. Tertio, an per Procuratorem causam suam agere valeat, qui per seipsum causam suam adesse non potest.

IV. Quarto, an absque Synodali audientia sit damnandus.

V. Quintò, an ideò aliquis habendus sit inimicus, quia crimen alterius indicat.

VI. Sextò, quâ penâ sit plectendus, qui, quod intuit, probare non valet.

QUA POENA SIT FERIENDUS QUI FAMOSUM LIBELLUM CLANCULÒ SCRIBENS, PROBARE NEGLIGIT, QUÆ LITERIS MANDAVIT.

QUÆSTIO I.

GRATIAN. DE prima Quæstione scribit dicens

I. HADRIANUS Papa in Capitulis, cap. 49. al. 50. [an. 785. Româ in Galliam.]

Flagellatur, qui scripta in alterius famam neglexerit probare.

QUI in alterius a famam publicè a Scripturam, aut verba contumeliosè confinxerit, & repertus scripta non probaverit, flagellatur: & qui ea prius invenit, rumpat, si non vult Autoris facti causam incurere.

CORR. ROM. a Publicè.] Hadrianus, Capitulare Caroli, & Ivo habent, in publico.

PITH. 1 Qui ea prius.] Ex l. 1. c. de famof. libell.

II. ITEM GREGORIUS 2 I. lib. 5. Epist. 30. sine c. 130. [an. 596. Româ in Æmiliam.]

De eodem.

QUidam b maligni Spiritus consilio repletus, contra Ca- b Ivo, p. 6. storium Notarium, ac Responsum nostrum nocturno c. 381. silentio in publico a civitatis loco confessionem poluit in ejus crimine loquentem, mihi que etiam de faciendi pace callidè contradicentem. Et quia quisque veraciter loquitur, ut publice exeat, & quæcumque in confessione sua loqui præsumpsit, ostendat. Quod si non exierit, neque publicè confessus fuerit, quisquis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel consentium in tante iniquitatis consilio præbuit, ex Dei, & Domini nostri Jesu Christi spiritu definitus, ut Sancti ejus Corporis, ac Sanguinis participatione privatus sit. Si verò, quia latet, & quoniam neficitur, teneri ad disciplinam e non valet, si tanti mali conficius, etiam prohibitus, Corpus, ac Sanguinem Domini percipere præsumit, anathematis ultione percussus sit, ut fallax ac perfidus à Sanctæ Ecclesiæ corpore sit divisus. Et infra. Sin autem in eadem civitate, egressus ad publicum poterit docere, quæ dixit, vel certe sciens se non posse, quæ scripsit, ostendere, errorem suum fuerit aperte confessus; Domini Corporis, ac Sanguinis participatione non sit privatus, neque à corpore Sanctæ Ecclesiæ alienus existat.

CORR. ROM. a Publica.] Hæc vox abest à manuscriptis, & originali, & Ivone: sed ob causam est retenta, & in aliquot vetustis est Glossa interlinearis.

Contradicentem.] Quæ sequitur usque ad versiculum, Quod si, addita sunt ex ipsa Epistola, & referuntur etiam ab Ivone.

Percussus sit.] Antèa legebatur, percutiatur: sed cum ea, quæ antecedunt, ipso facto ligent, quæ ad occultum delictum referuntur, emendatum hoc est, quemadmodum alia multa, ex Epistola ipsa. Apud Ivonem verò legitur, anathematis ultione percussus, ut fallax, &c.

PITH. 2 Gregorius.] Clero & populo Ravenna.

III. ITEM IN CONCILIO ELIBERITANO, c. 52. [an. 305. in Hispania.]

Anathematizentur, qui famosos Libellos in Ecclesia ponunt.

SI qui d inventi fuerint famosos Libellos in Ecclesia ponere, anathematizentur.

ITEM Codice lib. 9. tit. de famosis Libellis, lege unica. Imp. Valentinianus, & Valens AA. [Si quis famosum libellum domi, sive in publico, vel quocumque loco ignarus repererit, aut corruptat prius, quam alter inveniat, aut nulli constitatur inventum. Sin verò non statim eisdem chartulas vel corrupterit, vel igne consumperit, sed vim earum manifestaverit, sciat se quasi Antipater hujusmodi delicti capitali sententiæ subjungendum.] Et infra. Hujusmodi autem libellus alterius opinionem non ledat.

GRATIAN. c. 241. Polye. l. 3. tit. 21. Ansel. l. 3. c. 89. Ivo, p. 3. c. 251. Et p. 4. c. 154. Burch. l. 3. c. 159. c. GRATIAN.

GRATIAN. HIS autoritatibus evidentissimè datur intelligi, quòd nisi quis canonicè vocatus fuerit, etiam si aliqua occasione ad Synodum veniat, suis nullatenus cogitur respondere indistoribus. Canonica autem vocatio est quando servato die, non insertio, secundum auctoritatem B. Silvestri, causæ suæ literis adesse jubetur, quibus, quid ei obijciatur, auctoritate Felicis Papæ signficari oportet.

AN PER PROCURATOREM CAUSAM SUAM AGERE VALEAT, QUI PER SEIPSUM CAUSAM SUAM ADDESSE NON POTEST.

QUÆSTIO III.

GRATIAN. QUod autem per Procuratorem suam causam agere valeat, qui impeditus causæ suæ adesse non valet, probari videtur auctoritate

I. ROMANÆ SYNODI, quæ tempore Hadriani Papæ celebrata est, in qua c. 5. sic statutum legitur. [an. 785. Romæ.]

Pro se legatum ad Synodum mittat, quem gravis necessitas premit.

SI agrotans b fuerit Episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit; pro se Legatum ad Synodum mittat, nec à communione s suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum Judicium die statuta literis evocatus, minime occurrerit, hoc est, (nisi aliena d preoccupaverit necessitas) infra duorum vel trium mensium spatium, & eò amplius, prout causa dicaverit.

CODICIS lib. 9. tit. de accusat. Et inscript. l. 3. Imp. Alexander August. [Reos capitalium criminum absentes etiam per Procuratorem defendi Leges publicorum iudiciorum permittunt.] §. 1. Ecce, quòd Episcopus impeditus, & causæ suæ adesse non valens, Legatum pro se jubetur ad Synodum mittere. Sed Legatus iste non ad causam agendam, sed ad necessitatem Synodo exponendam mittitur, quæ impeditus Episcopus Synodo præsentiam suam exhibere non valet. Causam autem (maximè criminalem) nulli, nisi per se agere licet. Unde ait

AN ABSQUE SYNODALI AUDIENTIA REUS SIT DAMNANDUS.

QUÆSTIO IV.

QUod autem absque Synodali audientia damnari non debeat, auctoritate probatur

I. JULII PAPÆ, qui Epist. 1. a ait. [an. a Et in Cap. 337. Româ in Orientem.]

Nisi in legitima Synodo Episcopus iudicari, vel auctori non debeat.

NULLus Episcopus, nisi in legitima Synodo & suo tempore Apostolica a autoritate convocata, super quibusdam b criminationibus pulsatus audiat, vel c iudicetur, b al. quibusdam vel damnatur. Sin aliter præsumptum à quibusdam fuerit, vis. in vanum deducatur, quod egerit, nec inter statuta a c al. id est. Ecclesiastica ullo modo reputetur.

CORR. ROM. a Statuta.] Abest hæc dicitio ab originali, & ceteris locis indicatis.

PITH. 1 Apostolica.] Sic V. C. 2 Statuta.] Abest in V. C.

II. ITEM ZEPHERINUS Urbis Romæ Archiepiscopus, Epist. 1. Episcopis Sicilia. [an. 198. Româ in Siciliam.]

Episcopus accusatus à duodecim audiat, causæ verò finis ad Sedem Apostolicam deferatur.

DUodecim d Judices quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, à quibus ejus causæ iustè iudicetur: nec prius audiat, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocatus e ad suorum primò Conventum Episcoporum, per eos ejus causæ iustè audiat, & rationabiliter discernatur. Finis verò ejus causæ ad Sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur: nec antèa finiatur (sicut ab Apostolis, vel Successoribus eorum olim statutum est) quam ejus auctoritate fulciatur.

QUod verò absque Synodali audientia Episcopus damnari prohibetur, sine præjudicio Romanæ Sedis oportet intelligi, quæ sua auctoritate, quotque valet damnare, vel damnatos absolvere. Unde Gelasius Papa [ipsi sunt Canones] infra causam nonâ, [Sententiâ i excommunicationis notatus.] §. 1. Item Hadrianus, c. 8. [Salvo Romanæ Ecclesiæ in omnibus Primatu, manifestum est, quòd illa, que sunt per unquamque provinciam, ipsius provincie Synodo dispenset: sicut in Nicæno e constat decretum esse Concilio.] Cum verò accusatus ad Concilium venerit, quidquid Confidentialium consultationibus agitur, aut ab accusantium parte proponitur, non contentiosis vocibus, sed mitissima verborum relatione proferatur. Unde legitur

III. IN TOLETANO CONCILIO XI. c. 1. [an. 675. in Hispania.]

In cognitione causarum contentiosè locum non habeant.

IN loco b benedictionis confidentes Domini Sacerdotes nullis debent ad indiscretis vocibus peritrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis, vel ribus agi, & (quod deterius est) obnitatis disceptionibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim, ut Apostolus ait h, putat se religiosum esse, non refranans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus causa est religio: cultum enim suum iusticia perdit, quando silentia

ANSEL. l. 3. c. 245. al. perturbare. Jac. 1. A a iij

II. HADRIANUS Papa in Capitulis, c. 38. [an. 785. Româ in Galliam.]

Criminaliter accusans, vel accusatus per se experitur.

IN criminalibus e causis nec accusator, nisi per se, alie Ansel. l. 3. quem accusare potest, nec accusatus per aliam personam c. 88. Pann. l. 4. se defendere permittitur. c. 36.

PITH. 1 In criminalibus.] Paul. 5. sentent. c. 18. c. 36.

III. ITEM ANACLETUS Papa. [fortè Eugenius II. in Concilio Rom. c. 19. an. 826. Romæ.]

In omnibus causis, præterquam in criminalibus, Episcopi, & Sacerdotes pro se Advocatum habeant.

QUI Episcopus, universique Sacerdotes ad solam laudem Dei, honorumque operum actiones constituunt, debet uniusque eorum tam pro Ecclesiasticis, quam etiam pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere Advocatum, non malæ famæ suspectum, sed bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum: ne dum humana lucra attendunt, æterna premia perdant.

CORR. ROM. Hoc Capitulum a, quod ex Anacleto citatur, habetur in Concilio Eugenii Papæ II. tempore Ludovici, ac Lotharii Imperatorum habito, cap. 19. Quod etiam à Leone IV. est repetitum. Ex quo Canone Lotharius, lib. 2. Legum Longobard. tit. de Advocatis, & Vicedominis, octavum Capitulare composuit.

PITH. 2 Pro.] Add. V. C. proprius. 2 Videlicet.] Del. V. C.

Hoc Capitulum.] Vide Catalog. test. verit. p. 84.

QUI Episcopus, universique Sacerdotes ad solam laudem Dei, honorumque operum actiones constituunt, debet uniusque eorum tam pro Ecclesiasticis, quam etiam pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere Advocatum, non malæ famæ suspectum, sed bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum: ne dum humana lucra attendunt, æterna premia perdant.

CORR. ROM. Hoc Capitulum a, quod ex Anacleto citatur, habetur in Concilio Eugenii Papæ II. tempore Ludovici, ac Lotharii Imperatorum habito, cap. 19. Quod etiam à Leone IV. est repetitum. Ex quo Canone Lotharius, lib. 2. Legum Longobard. tit. de Advocatis, & Vicedominis, octavum Capitulare composuit.

PITH. 2 Pro.] Add. V. C. proprius. 2 Videlicet.] Del. V. C.

Hoc Capitulum.] Vide Catalog. test. verit. p. 84.

AN ABSQUE SYNODALI AUDIENTIA REUS SIT DAMNANDUS.

QUÆSTIO IV.

QUod autem absque Synodali audientia damnari non debeat, auctoritate probatur

I. JULII PAPÆ, qui Epist. 1. a ait. [an. a Et in Cap. 337. Româ in Orientem.]

Nisi in legitima Synodo Episcopus iudicari, vel auctori non debeat.

NULLus Episcopus, nisi in legitima Synodo & suo tempore Apostolica a autoritate convocata, super quibusdam b criminationibus pulsatus audiat, vel c iudicetur, b al. quibusdam vel damnatur. Sin aliter præsumptum à quibusdam fuerit, vis. in vanum deducatur, quod egerit, nec inter statuta a c al. id est. Ecclesiastica ullo modo reputetur.

CORR. ROM. a Statuta.] Abest hæc dicitio ab originali, & ceteris locis indicatis.

PITH. 1 Apostolica.] Sic V. C. 2 Statuta.] Abest in V. C.

II. ITEM ZEPHERINUS Urbis Romæ Archiepiscopus, Epist. 1. Episcopis Sicilia. [an. 198. Româ in Siciliam.]

Episcopus accusatus à duodecim audiat, causæ verò finis ad Sedem Apostolicam deferatur.

DUodecim d Judices quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, à quibus ejus causæ iustè iudicetur: nec prius audiat, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocatus e ad suorum primò Conventum Episcoporum, per eos ejus causæ iustè audiat, & rationabiliter discernatur. Finis verò ejus causæ ad Sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur: nec antèa finiatur (sicut ab Apostolis, vel Successoribus eorum olim statutum est) quam ejus auctoritate fulciatur.

QUod verò absque Synodali audientia Episcopus damnari prohibetur, sine præjudicio Romanæ Sedis oportet intelligi, quæ sua auctoritate, quotque valet damnare, vel damnatos absolvere. Unde Gelasius Papa [ipsi sunt Canones] infra causam nonâ, [Sententiâ i excommunicationis notatus.] §. 1. Item Hadrianus, c. 8. [Salvo Romanæ Ecclesiæ in omnibus Primatu, manifestum est, quòd illa, que sunt per unquamque provinciam, ipsius provincie Synodo dispenset: sicut in Nicæno e constat decretum esse Concilio.] Cum verò accusatus ad Concilium venerit, quidquid Confidentialium consultationibus agitur, aut ab accusantium parte proponitur, non contentiosis vocibus, sed mitissima verborum relatione proferatur. Unde legitur

III. IN TOLETANO CONCILIO XI. c. 1. [an. 675. in Hispania.]

In cognitione causarum contentiosè locum non habeant.

IN loco b benedictionis confidentes Domini Sacerdotes nullis debent ad indiscretis vocibus peritrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis, vel ribus agi, & (quod deterius est) obnitatis disceptionibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim, ut Apostolus ait h, putat se religiosum esse, non refranans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus causa est religio: cultum enim suum iusticia perdit, quando silentia

ANSEL. l. 3. c. 245. al. perturbare. Jac. 1. A a iij